



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXVII. Minæ. Verba minitantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

cum decus ac publicam honestatem etiam in humiliori gradu. *l. colonos 19. C. de Agricol. & quilibet titulus honorarius etiam sine aliqua potestate & jurisdictione dignitas dicitur. l. fin. C. de dignit. l. fin. C. ut dign. ordin. serv. text. in cap. accessissent 8. extr. de constitut. Sic etiam quia militia sit ordo. l. his quidem 5. ubi gloss. in verb. ordines. C. qui milit. poss. ordo autem militaris nuncupetur dignitas, ut in rubr. de Equest. dignit. juncta l. nuper. 42. ff. de donat. inter vir. l. 2. §. post hunc 47. ff. de or. jur. non male dixeris & militiam dignitatem esse, quia in jure à privatis personis distinguuntur, Nov. 8. cap. volumus, & Novell. 33. cum enim privati dicantur omnes illi, qui non sunt in dignitate aliqua constituti, secundum Gloss. in cap. privilegia in vers. privatorum. distinct. 3. per textum in cap. qui contra 24. q. 1. consequens erit dicere & eos, argum. ducto à contrario sensu, in dignitate constitutos esse, l. etsi contra 35. ff. de vulg. substit. pr. Inst. de his qui sui vel alien. jur. Everhard, in loc. a contrariis. n. 1. Quapropter quod à quibusdam infertur militiam dignitatem non esse, ut volunt Bart. per l. fin. Cod. qui milit. non poss. l. fin. C. de jurisd. id intelligendum erit de primis quatuor gradibus dignitatis à jure potissimum consideratis, quos refert post gl. in §. cum qua. Inst. in proem. Inst. Lucas de Pen. in rub. in fin. C. de dignit. ubi vide.*

II.

Militia armata cum inermi equiparatur, ita quod dispositum est in Doctore, censeatur esse etiam dispositum in milite. gloss. sing. secundum Petrum Ancharan. in cap. si postquam. §. fin. de Elect. in 6. fac. gloss. in clem. Abbates de rescript. Jason. in §. ex maleficiis. ff. de inst. act. n. 39. quia sicut arma & leges fraternizant, ita arma legibus & hæ illis indigent, ut in proem. inst. ibi quoque gl.

III.

Miles arma magis quam jura scire debet. l. ult. in princ. C. de jur. delib. Ungepaur. de jur. & fact. ignorant. l. milites 31. C. locati. Auth. quibus mod. nat. efficiantur legitimi. cap. si quis. 6. Nov. 87.

IV.

Militem non facit sola electio, sed receptio in numerum. Bald. in l. ex eo. ff. de milit. testam. & ibi Odofred. Cuman. in princip. vers. i. vid. Farin. i. cons. 4. n. 9.

V.

Milites à muneribus personalibus sunt exempti, nisi in eorum fraudem nomen militiae deriderint. l. 4. §. fin. ff. de muner. vel magis sint venatores quam milites. l. 6. C. de Excus. muner. Perez. ibid. n. 5. ut & Veterani, qui 20. annos sub legione vel vexillatione militaverunt perpetuo l. fin. C. de his qui non implet. stipend. qui autem sub cohorte vel in vigiliis militarunt, aliisque ad breve tempus l. un. C. de his qui a princip. vacat. ignominiose dimissi planè non. l. 26. de testam. milit. Perez. C. de his qui non implet. stipend. n. 3. seqq. Veterani denique non coguntur ultra portas presidibus occurrere,

unam domum ab hospitalione immunem habent &c. l. 1. C. quib. muner. excus.

VI.

Non omnia, quæ à militibus acquiruntur, sunt castrensis peculii, sed ea tantum quæ contemplatione militiae acquirunt filiifamil. Brunem. C. de castrenf. omn. Palatin.

VII.

Imperium in milites ordinarii legibus solum est, hinc à Duce sine solenniis in eos statuitur. res militaris enim moram non patitur. Perez. C. de divers. officio n. 17.

VIII.

Ex pascuis publicis congrua loca assignari debent militibus ad alendos militares equos, ne pascua publica & rei privatae principis devastent. Quod si milites hoc fecerint, vel etiam alii privatorum prata devastent, delinquentes duodecim libras auri pendunt vel ex stipendiis sibi detrahi parantur l. 2. C. de pasc. publ. Perez. C. eod. n. 4. Milites enim debent contenti esse stipendiis.

Limita: nisi belli urgeat necessitas, tunc enim militibus loca viciniora suis stationibus sunt communia, Perez. d. l. n. 5.

IX.

Miles præsumitur in dubio in peculii castrensis causam pecuniam accipere. Brunem. C. de castrenf. pecul. col. 2. in fin.

X.

Militares causæ in tantum favorabiles sunt, ut quæstoris annonam militarem curantibus vel stipendia solventis uxor in subsidium dotem. Filco cedere & liberi licet ab hereditate absterentes de suo satisfacere teneantur l. 3. 4. C. de Princip. Perez. C. eod. n. 6. 7.

XI.

Primipilarii cohortales ex sua provinciâ aliò litis causâ abstrahi nequeunt nisi jussu principis. Perez. C. de primipil. n. 11.

XII.

Militis transitus & inde orta damna sunt casus fortuitus, Mez. P. 2. Dec. 90. v. 4.

CAP. XXXVII.

Minæ. Verba minitantiæ.

Axioma I.

Minæ, à potentibus factæ, dicuntur formidabiles, gloss. Barr. Bald. Cast. Salicet. & communiter Dd. in l. metum 9. ad verb. jactationibus. C. de iis quæ vi metusve causâ, Jason. in l. Titia. num. 8. de V. O. Canonistæ in cap. ex literis de spons. impub. Clem. Pastor. alis. dore judicat. Fab. in l. ad individuum. num. 5. & 6. C. de his quæ vi metusve causâ. Unde & solum terribilem & iratum vultum judicis justum metum incutere dixit Bald. in cap. 1. §. injuria de pac. jur. am. firm. & judicis minas esse causam sufficientem ad alibi appellandum, ex Archidia. in cap.

cap. concertationi de appellat. lib. 6. probat Fab. loco præalleg. pro quo facit & illud, quod comminatorium præceptum superioris vel iudicis iustum inducat metum, præsertim quando facile potest & solet exequi, cap. fin. ubi gloss. & Dd. ad verb. motu regio qui Cleric. vel vov. Dec. in l. omnibus 35. n. 4. de R. l. Alex. conf. 151. n. 4. vol. 6. & conf. 156. n. 4. & 9. vol. 5. vid. Wefenb. i. conf. 43. n. 153. & in parat. Quod metus causa, n. 3.

II.

Ubi factum ad fundandam actionem desideratur, ibi verba non sufficiunt. l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. empt. Wefenb. in parat. ff. ut possid. num. 5. in med. & consil. 305. num. 80. & seq.

III.

Minitans alicui incendium, daß er ihm einen rothen Hahn auf sein Haus setzen wolle / comburendus est. Conf. Crim. art. 176. Damboud. Prax. Crim. c. 103. n. 11.

CAP. XXXIIX. Minima, minimum, modicum.

Axioma I.

Ob minimum nemo præsumitur animam suam damnare. gl. in verb. pretii. cap. csi questiones 18. de simonia. Honthem. lib. 1. de arte Notar. cap. 27. num. 20. Hinc dicitur in causis minimis unum testem, gl. & Bart. & Dd. in l. admonendi, ff. de iurejur. aut etiam famam, Matthesil. sing. 1. & 2. Honth. d. loc. num. 32. Apostil. post Bart. in Auth. nisi breves de appellat. plenam fidem facere, cum in minimis fraudis præsumptio excludatur. l. cum hi 8. ff. transact. & vulnusculum pro vulnere non attendatur. l. 1. §. proinde 8. ff. de adul. edict. Gail. 2. obs. 29. n. 8.

II.

Minimum maximi majus est maximo minimi.

Ita intelligendum est, quod Matth. ii. vers. 11. dicitur: Eum, qui minor est in regno coelorum, majorem esse Johanne Baptista, non ratione dignitatis aut sanctitatis, sed ratione manifestationis Christi, qui in Nov. Testamento manifestatus fuit, D. Danhavver Prodr. Antichr. pag. 53. §. 18.

III.

Minima & modica æquiparantur. arg. l. 2. §. 1. junct. l. 4. ubi Anton. Faber in rational. quod cum eo qui vid. infr. c. modica. axiom. 1.

IV.

Minima non sunt in consideratione, sive, de minimis non curat. Prætor. l. scio. 4. ff. de integr. restit. lib. 4. in fin. ff. de adilit. edicto. l. 37. §. 1. de evict. l. 1. C. si advers. vend. pignor. Hufan. de propr. homin. cap. 7. num. 19. l. Nefennius. 34. ff. de Neg. Gest.] Jason. in l. sciendum, n. 7. cum seqq. ff. qui satisdar. cog. Bald. in cap. cum adeo. num. 3. cum seqq. de rescript. latè Cravett. cons. 182. num. 14. & 15. cum seqq. Leo Va-

lent. decis. 113. n. 19. ubi num. 21. quod minimum differt à parvo, & num. 10. quod Prætor non curat de minimis. Ubi quod probatio per juramentum admittitur, ubi agitur de modica summa, & quod sola indicia & præsumptiones admittuntur, ubi agitur de modico præjudicio, & quod tunc sola fama probat, & quod literæ Ordinarii etiam tunc probant, & quod assertioni partium statuitur, ubi agitur de modico præjudicio, etiam in iis, quæ non possunt liberè à partibus disponi sine causa, & quod circa levia statuitur assertioni Judicis, Alex. conf. 138. Lancellotus num. 3. lib. 2. ubi quod solemnitas non vitiat, si in modico sit omissa, Angel. Aretin. conf. 68. num. 6. vers. quin imo, ubi quod forma data circa modica, & minima non vitiat, si non servetur. Abb. conf. 7. col. 2. lib. 2. ubi quod in modicis statuitur Ecclesia sine consensu Episcopi, & conf. 36. col. fin. eod. lib. 2. ubi quod liber rationum in modicis probat, Brunor. à Sole in locis commun. verb. minima. Aloys. Ric. in praxi rerum fori Ecclesiæ. decis. 691. in 1. edit. aliàs resolut. 585. à num. 7. in 2. edit. Card. Tusch. tom. 5. lit. M. concl. 239. per totam. Surd. conf. 112. num. 26. clarè Sebast. Medices de reg. jur. reg. 5. per tot. Ovid. de Amicis de jure emphyt. q. 7. n. 1.

Intellige Axioma, quando agitur de Jure speciali contra Juris communis regulas, putà per viam restitutionis in integrum, quia tunc de minimis nulla solet esse Prætoris cura, nam pro modica læsione à Jure communi non recedimus; & ita procedit text. in d. l. scio 4. & in l. si quis 9. §. ult. junct. a. 24. ff. de dolo. & in l. res bona 54. ff. de contrahend. empt. l. 48. §. ult. de adul. edict. cum similibus, quia prætor extra ordinem non succurrit, nisi læsio sit enormis; interest enim Reipubl. ne contractus facile rescindantur. Ita si pupillo expediat agrum emptum retinere, ut in pretio nonnihil fuerit læsus, ideo tamen totum contractum per restitutionem in integrum non rescindit Prætor. Brunnem. ad d. l. 4. n. 1.

Declara: (1.) ut præprimis procedat, si majori rei vel summa per restitutionem in re minimà præjudicetur d. l. 4. Nam sic justius est, in re minimà læsum manere eum qui restitui vult. Zoës. ad ff. b. 1. n. 7. (2.) ut Juxta pro qualitate personæ restitutionem petentis arbitretur, quænam res sit minima, quæ non.

Ubi verò agitur de Jure communi, de minimis curatur, & procedit text. in l. 1. §. illud 10. ff. de conjung. cum emancip. liber. & in l. quamvis. 13. ff. ut in poss. ff. legat. & in l. 1. §. cum dicitur 6. ff. si cui plus quam.